



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De Confirmatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Imponitur quoq; capiti ipsius corona & traditur ipsi sceptrum in manu & gladius: similiter & Regina vngitur in brachio dextro, & recipitur ab ipsis fidei professo, aliaque ceremonie adhibentur, videnda in Pontificali Romano.

3. Benedicit & Abbates Episcopus, postquam benedictionem seu consecrationem potest Abbas conferre minores ordines *cap. quoniam. 69. dist. cap. cum contingat. de at. & qual. Clem. attendentes. de Relig. dom. un. gl. v. benedici. Ang. v. Abbas. num. 4.* ad quod pertinet moderatio. *cap. 1. de suppl. negl. pral. un. gl. v. alia.*

Debet autem benedictio huiusmodi dari illis diebus, quibus minores ordines conferri possunt. *gl. in cit. Clem. attendentes. Ang. v. ordo. num. 6.* & sine aliquo examine. *Innoc. in cit. c. 1. de suppl. negl. pral. nisi quod fidei professionem emit tere benedicendus obligatur. Ceremonie videnda in Pontificali Rom.*

3. Similiter & Abbatissa benedicuntur. *Clem. cit.* tamen propter fragilitatem sexus non recipiunt aliam potestatem, nisi solam administrationem officij. *gl. in Clem. cit.* Minores autem annis quadraginta vel ad minus triginta, & quae per octo vel ad minus per quinque annos ante professam non fuerint, benedici in Abbatissas prohibentur. *c. iuenculas. 20. quest. 1. Conc. Trid. sess. 25. cap. 7 de Reg.* Et quae ad tempus eliguntur, benedici non debent, vt obseruat *Nau. conf. 4. num. 4. de Regular. in antiq. vnde per totam Italiam his temporibus non*

solent benedici, cum non nisi ad triennium eligatur ex ordinatione *Greg. XIII. de anno 1583. die 1. Ian. relata in lib. priu. mend. Consecr. fol. 243.* ne videlicet contingat iterari benedictionem si vna saepius eligeretur, cum tamen non sit iterabilis. *vt gl. in cit. Clem. attendentes. v. benedici. Abb. in ca. Clem. num. 13. Nau. conf. cit. num. 3.* Extra Italiam autem vbi consuetudo est, omnino electa suscipere debet benedictionem, & non suscipiens infra annum a die electionis & confirmationis suae, ipso facto priuaretur officio. *Clem. cit. de stat. Monach. consecr. cit. in sum. priu. mend. tit. 20. c. 2.*

4. Benedicit insuper Episcopus populum benedictione solemni, tam in Ecclesia, quam per vias, illique soli debetur haec praerogativa in sua Dioecesi. *c. ministrare. 26. q. 6.* Et haec potestas est potius ordinis quam iurisdictionis. *Turrecrem. in c. denique. 21. dist. num. 12.* remittunturq; per illam peccata venialia. *vt notat gl. fin. in proem. 6. Abb. in cap. antiqua. nu. 10. de priu. Et potest illam dare Episcopus etiam in locis quacumvis exemptis suae Dioecesis. Clem. fin. de for. compet.*

5. Praesbyter autem ne quidem simplicem benedictionem Episcopo praesente sine ipsius assensu dare potest. *cap. cum ad celebrandis. un. gl. dist. 1. de consecr. cap. accedentibus. de excess. priu. Abbates tamen dare possunt benedictionem etiam solemnem; sed dum celebrant in eorum Ecclesijs tantum, & non cum per vias incedunt, vel extra eorum Ecclesias. c. Abates. de priu. in 6.*

## ARTICVLVS II.

### De Sacramento Confirmationis.

2. Confirmationis Sacramentum solus Episcopus confert.

2. Episcopus non potest delegare administrationem Sacramenti Confirmationis sed Papa tantum.

2

3 Con-

- 3 Confirmationis Sacramentum quid sit.
- 4 Confirmationis Sacramentum in conferendo que seruari debeant.
- 5 Patrinus Sacram. Confirmationis contrahit affinitatem vt in baptismo.

1. **F**rontis chrisimationem vt vocatur. c. vn. S. per frontis de sacr. vnct. ad solum pertinere Episcopum probat rex. cap. præsbyteris. de consecr. dist. 4. & cap. quanto. de consuet. Conc. Flor. in decreto Armenis tradito. 5. secundum sacramentum est. Et est actus ordinis Episcopalis. Arm. v. Confirmatio. Sacram. nu. 3. Nau. in man. cap. 22. num. 9. Conc. Frid. sess. 7. de confirm. Sacram. Canon. 3. Committi tamen posset per Papam Abbati vel etiam simplici Sacerdoti huius Sacramenti administratio, vt notat Innoc. in cit. cap. quanto. de consuet. Victor. de Sacram. confirm. num. 50. Nau. loc. cit. num. 8. Sed Episcopus hoc delegare non potest nisi alteri Episcopo. Innoc. loc. cit. ubi dicit sic teneri communiter.

2. Est autem Confirmatio Sacramentum vnctionis chrisimatis consecrati quo Episcopus frontem Baptizati inungit sub certa verborum forma. hanc definitionem Nau. loc. cit. colligit ex S. Th. 3. p. q. 72. Et est confirmatio vnus ex Ecclesie Sacramentis. Con. loc. cit. Canon. 1. confertque gratiam ad fortiter vincendum aduersa mundi huius. cap. 2. c. nonisimè. dist. 4. de consecr. Et imprimit characterem in delebilem, vnde non potest iterari. Ang. v. confirmatio. num. 10. Arm. eod. num. 3. Victor. loc. sup. cit. num. 45.

3. Confertur hoc Sacramentum omni tempore. Arm. loc. cit. Ang. ib. qui etiã ieiunium dicit esse solum de consilio in susceptione huius Sacram.

Voguntur in fronte confirmandi chrisimate consecrato, & si oleo tantum ungeretur quis, supplendum esset cautè &

chrisimate iterum ungendum, repetito solum, signa te. &c. non autem alijs orationibus. cap. 1. de sacr. non iteran. Innoc. ib. Ang. loc. cit. num. 8. si vero quis oleo non consecrato ungeretur, nihil fieret, & totum esset iterandum. Victor. loc. cit. num. 24.

In modum crucis debet fieri delinitio cum sit in forma verborum, Signa te signo crucis, &c. cap. nunquid. dist. 5. de consecr.

Percutitur maxilla confirmati in signum, confirmatum forti & inuicto animo debere ferre pericula imminentiã propter fidem.

Cum pluuiali, mitra, stola & baculo Pastoralis confirmandum esse respondet S. Cong. Episcop. Suffrag. Brixonien. 19. Febr. 1585.

Et non nisi Diœcesanos suos confirmare debet Episcopus. Arm. loc. cit. nu. 3.

In confirmandis etiam videnda sunt requisita. Primo vt sint prius Baptizati, cum omnia Sacramenta præsupponant Baptismum, illique innitantur tanquam proprio fundamento. Victor. loc. cit. nu. 46. Confiteri etiam prius debent peccata sua confirmandi, vel saltem sine mortali accedere ad hoc Sacramentum. Nau. loc. sup. cit. Angel. loc. cit. vel ad minus contrito est omnino necessaria in adultis, & est de præcepto Ecclesie. Vinald. de Sacram. confirm. num. 40.

Sive autem quis sit sanus siue infirmus confirmari potest; sed ætas perfecta videretur expectanda. arg. rex. cap. vt ieiun. un. gl. dist. 5. de consecr. licet contrarium obseruetur communiter. Ang. loc. cit. num. 3. Victor vbi sup. num. 49. ubi dicit tutius esse expectare septenni-

um

um propter periculū reconfirmationis.

Patrinus debet habere confirmandus, qui patrinus contrahit affinitatem, æquè ut per susceptionem ex Baptismo. Conc. Trid. cit. sess. 24 de ref. matr. cap. 2. in fin.

Et Patrinus debet esse confirmatus. c. n. baptisimate. dist. 4. de consecratione

nec contraheret affinitatem si non esset ipse confirmatus. Angel. loc. cit. num. 11. Debet etiam esse alius quam ille qui fuit in Baptismo, nisi necessitas cogat. cap. in Catechismo. dist. cit. Monachus item vel Abbas compater fieri prohibetur. c. non licet. cap. monachi. dist. cit. cap. placuit. 16. quest. 1. cap. peruenit. 18. q. 2.


## ARTICVLVS III. De Consecratione Oleorum.

1 Oleorum SS. diuersitas.

2 Oleorum SS. vsus.

3 Olea SS. non possunt consecrari nisi per Episcopum.

4 Olea SS. non consecrantur nisi die Cæna Domini.

1. leum Sanctum sub trina diuersitate consecratur. Aliud quod vocatur chrisma ex oleo oliuarum & balsamo, cuius mixturæ mysterium explicatur. cap. vn. de sac. vnct. Hoc vnguntur Baptizati in vertice & fronte: item Ecclesiæ, Altaria, calix, patena, fons Baptismalis, Episcopus dum consecratur in capite & in manibus, & confirmandi. Aliud dicitur oleum Carhecumenorum, ex oleo oliuarū solo, hoc vnguntur baptizati inter scapulas, & in pectore: item Ecclesia, Altare ante chrisimationem, item Sacerdotis manus, Reges & Principes in brachio & humero. Tertium est oleum infirmorum, quo vnguntur infirmi ex prima institutione Ecclesiæ, de qua in Epistola can. B. Iacobi Apost. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eū vngentes eum oleo. &c.
2. Hæc itaque Olea Sacra à solo Episcopo consecrantur. cap. si quis. cit. dist. 4. de consecr. & singulis annis consecrari

debent. cap. omni tempore. dist. cit. & iterum singulis annis ad omnes Ecclesias Parochiales per Præsbyterum vel Subdiaconum saltem, sub sigillo & decenti cultu deferenda sunt, vetera verò cremanda: nec aliunde peti debent nisi à proprio Episcopo. cap. Præsbyteri. 95. dist.

Consecranda autem sunt solo die Cæna Domini. cap. literis. dist. 3. de consecr. & in missa. cap. te referente. de celeb. Miss. vbi gl. v. sipontina. quærit verū missa sit de substantia huius consecrationis, sed tenendum est missam esse de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti, vt de ordinibus diximus.

Salutationum & aliarum Ceremoniarum quæ in consecratione oleorum adhibentur, reddit rationem Guil. Duran. in suo rationali Diuinorum.

lib. 6. c. 74.

(::)

X 3

ARTI